



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

28. Quis habebat simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum,  
quævisit à me, an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in  
confessione explicare? Et docetur, quod qui haberet voluntatem ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 2. num. 79. si enim satis esse videtur quod in eodem confictu, & pugna id fiat ( vt aliqui docent, non video quomodo id possit conciliari cum impugnatione, qua etiam illi utuntur contra Zanardum ) cuius doctrina si ratione agamus, tam probabilis est, atque doctrina de occidente trium in eodem confictu, seu pugna. Atque in primis hoc primum respondere posset Zanardus, quem impugnat, sicut enim tres occasions in una pugna martiali inter se sunt actiones distinctae totales, & complectae, & una non est pars alterius, nec ordinatur ad illam: nihilominus tamen quia sunt in eodem congreßu martiali pugnae, & confictus, putare possumt iij Theologi id esse satis, vt ea actiones tam distinctae & non subordinatae possint coalescere in peccatum moraliter vnicum, sic etiam tres fornicationes in una pugna venera ( licet sic loqui ) inter se sunt actiones distinctae totales, & non subordinatae, & una non est pars alterius, nec ordinatur ad illam: ergo etiam quia sunt in eodem congreßu venera pugnae & confictus, putare potuit Zanardus id esse latius, vt ea actiones tam distinctae, & non subordinatae possint coalescere in peccatum moraliter vnicum. Nec video minorem unitatem vnius continuari accubitus cum meretrice, donec consumetur tres fornicationes, quam vnius continuati confictus & pugnae cum hostibus, donec consummentur tres occasions.

3. Quid ad opinionem vero Zanardi, quam ego ante Cardinalem Lugo impugnau, merito etiam illam refellit Oviedo in part. 2. D. Thome tract. 6. contr. 5. punt. 5. num. 115. Dicat illus ubi supra num. 78. itaque qui plures fornicationes eadem nocte commisit, etiamsi absque vni anima interruptione, quantumvis continuæ, & cum eadem fecerint, peccat pluribus peccatis numero distinctis, necessario in confessione explicandis, quia qualibet fornicatio in se est absoluta & completa, & nullam connexionem habet cum alia. Nec temporis continuatio potest vniire actiones externas in se absolute completas, & suo genere adæquatas, quantumvis enim homo continuè plures homines occidat, plura committit homicidia inter se numero distincta.

Sup. hoc infi.  
in Ref. 42. &  
in Ref. 164. §.  
Nota etiam.  
& in Ref. 151.  
§. In Ref. 43.  
& supradicta in  
Ref. 15. cur-  
siflme §. Et  
Emanuele.  
& in Ref. 3.  
§. Hoc est que  
& seq. & in  
Refol. 26. §.  
Hoc obie-  
ctio ad me-  
dium, & su-  
pra in tr. 2.  
Ref. 5. brevi-  
ter in fine §.  
1. & in to. 4.  
tr. 6. Ref. 116.  
§. vt. & cur-  
sim cum Ba-  
gandez &  
Rodriguez  
tanum circa-  
tis in Ref. 1.  
& 3. huius  
not. in to. 4.  
tr. 8. Ref. 4.  
in fine, & in  
tom. 6. tr. 4.  
Ref. 61. §. 1.  
in fine.

4. Nec obstat dicere pro sententia Zanardi, quod ego probabiliter docui, scilicet probabile esse Sacerdotem qui successivè audiuit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam non committere plura peccata distincta, sed vnum: quare ( inquit ) non erit necessarium dicere, audiui in confessiones, sed audiui in statu peccati vna vice plures confessiones. Adde tu consequenter, nec debere dicere an audiuerit plures, sed dicere ministrarium iij Sacramentum penitentia in peccato mortali, quia dicere plures non pertinet, nisi ad grauitatem intra eamdem speciem, quam negant abere explicari. Ergo dicendum est, quod eadem est ratio de eo, qui successivè cognoscit carnaliter tres feminas.

5. Respondeo non esse eamdem rationem, quia actio illa audiendi confessiones in tribunali Sacramentali maiorem recipit unitatem moralem, quam occasions trium, quæ cum respiciant singulæ diuersa iura singulorum hominum, quæ ladeantur & aliunde non vniuantur in actu, vel actio ne morali ad eundem finem: non videntur posse facile ex sola temporis propinquitate vnit ad faciendum vnum peccatum. At vero actus audiendi confessiones accipit unitatem in primis ex fine, & intentione agentis, qui sedet in cœlo ad audiendas confessiones subditorum. Sed

de hac difficultate etiam alibi à nobis plura dicitur.

### RESOL. XXVIII.

Aliquis habens simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæstus a me an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare?

Et docetur, quod qui haberet voluntatem occidendi infinitos homines, non tenetur explicare eam circumstantiam, v. g. in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia repletu ad plura: immo, si actualiter quis uno vel una explosione tormenti bellici occideret plures homines, non est in tali casu explicandus in confessione numerus personarum, quia asseritur esse plures malitia, sed unum peccatum?

Et tandem queritur, an qui furatus est centum, satisfaciat in confessione, si dicat, furatus sum quaq. agnitionis? Ex part. 1. tr. 8. & Milc. 8. Ref. 64.

9. 1. DE hoc casu aliqui viri docti fuerunt interrogati, ego vero absoluted negavimus sententiam docui, & addixi doctrinam Dicat illi, cuius verba quia deferuerint ad resolutionem multorum casuum hic per extensum apponuntur; sic itaque ait de Sacramenti. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 4. num. 255. Quæ hucunque dicta sunt, intelligenda sunt de actibus exterioribus, qui habent multiplicem effectum, vt de maledicto, & occidente plurimum vno verbo, & vno iœtu; atque etiam de actibus interioribus efficacibus, de quibus omnibus dicendum, admisum, & probatum hucunque est multiplicari in eis malitia pro multitudine effectuum diversorum.

2. De actibus vero inefficacibus voluntatis, vt simplici affectu, & complacentia, dicendum omnino est, tantum esse vnicum peccatum, quando plures personæ per modum vnius obiecti adæquati vno actu respiciuntur, quia cum simplex complacentia non resipiciat illa homicidia, vel mala plurium personarum, tanquam effectum, sed tanquam obiectum: Sanè si in ratione obiecti constitutum vnum obiectum adæquatum, vnicam etiam malitiam constituet; Vnde in sententia Valquij, & nostra, quæ nullam circumstantiam aggravantem docet esse necessarium explicandum in confessione, dicendum est in simplici complacentia eiusmodi non esse necessarium explicare respectum ad plures personas, id quod in hac sententia sic dicendum esse docuit olim Luisius Turrianus de penitentia disp. 12. dub. 3. qui etiam docuit, cum qui habuerit voluntatem occidendi infinitos homines, quod est impossibile, non teneri explicare eam circumstantiam, quia illa non est voluntas efficax, sumens ab effectu malitiam; sed simplex, & in hoc actu, & similibus, vnicam tantum est malitia grauissima lumpa ab obiecto per modum vnius volti, non ab effectu impossibili.

3. Illud etiam est notandum in peccatis, quorum malitia specifica consummatur interior, qualia sunt peccatum odij, specialis scandali, & similia, philologandum esse, quantum est ex parte illorum peccatorum, sicut philosophamur in simplici complacentia, etiamsi sint actus efficaces: quoque enim plura obiecta concipiuntur pro talibus actibus per modum vnius adæquati obiecti, est vnicum peccatum, quantum ad illud genus malitiae, quæ consummatur

matur interior: nihilominus quando sunt actus efficaces, explicandus est respectus ad plures personas, vel obiecta; quia praeter malitiam illam, quam habent in illa specie, quae interior consummatur, habent etiam plures alias malitias in materia in qua sunt actus externi, qui ab illo actu efficaci procedunt; v. g. si quis vno actu odij efficaci odisit de cem homines per modum vniuersitatis obiectum, volens efficaciter illos occidere; tunc actus ille, quamvis in ratione odij non habeat nisi vnicam malitiam ex vno adaequato obiecto illius multitudinis hominum per modum vniuersitatis considerata; in ratione tamen homicidij tot habet malitias, quod sunt homines, quos intendit occidere, quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus iuxta dicta. Vnde licet ratione malitia odij non teneretur explicare multitudinem personarum; ratione tamen malitiarum homicidij illam explicare tenetur. Hæc omnia Dicastillus.

4. Ex quibus appetet in simplici complacentia non esse necessarium explicare respectum ad plura, quæ per modum vniuersitatis respiciuntur, & idem patet responso negativo ad questionem propositam in titulo resolutionis de qua interrogatus fui.

7. Occasione supradicti dubij tunc etiam discussum fuit, an qui furatus est centum satisfecerit in Confessione si dicat furatus sum quinquaginta, & negatiuum sententiam docete. Ouidem respondi in 1.2. D. Tr. 5. contr. 5 punct. 6. num. 1. 28. vbi sic ait;

Monet bene Henriquez, quod etiam si duas personas eodem actu maledictione percuteare, duplex peccatum non sit; modum istum maledicendi simplici actu explicandum esse in confessione, quod necessarium iudicio, vt individuum peccatum explicetur. Similiter ob eandem rationem, iuxta sententiam afferentem in illo actu tantum esse vnam malitiam, etiam retenta opinione ad circumstantias aggrauentes explicandas non obligante, censeo non facilius precepto confessionis, si dicatur in vnum hominem maledictum conieci, quia non explicatur peccatum individuum commissum, sed aliud: debet autem factem confusè explicari peccatum individuum commissum quod non sit, dum aliquid pertinet ad substantiam individui peccati dicitur, quod illi non conuenit, vel quod aliud indicat individuum. Ob hanc rationem etiam circumstantiae aggrauentes in confessione explicanda non sint; ille qui furatus est centum aureos, non latifaceret precepto confessionis, si diceret furatus sum quinquaginta aureos, quia in hoc individuo explicato nec confusè continetur commissum, videlicet furtum centum aureorum, quia centum aurei nullo modo in quinquaginta includuntur. Ita ille, qui latè discutit, an ratione distinctionis numericae obiectorum peccata numero distinguantur. De qua questione plures alibi actum est.

6. Notandum est tamen hic ad confirmationem suorum prædictorum, aliquos Doctores probabiliter docere, ut, in modo si actualiter quis vno actu, vel una explosione tormenti bellici occideret plures homines, non esse in tali casu explicandum in confessione numerum personarum. Vide Ioannem Pontificem in Cas. Toto. 4. 5. q. 7. concl. 2. num. 5. 3. & alios. & Imo Caramuel in Regul. D. Benedicti disp. 6. 2. n. 9. 10. & alio affectu eff. plures malitias, & vnicum peccatum, quando quis vult vno actu voluntatis plures occidere: sed absolute esse vnum peccatum, idem disp. 6. 2. n. 9. 10. cum dixisset, vnitate moralis (talis est vnitatis re physica, paulo post in re nostra subiungit. Hinc Tom. 1.

### RESOL. XXIX.

An, si quis uno continuato sermone in eadem re terperiuret, sufficiat, si in confessione dicat se falsum inrasse?

Et notatur, quod si quis aliquem uno iræ impetu ter, vel quater pugno percuteret aut vulneraret, vnum tantum numero peccatum committeret; & si Clericus est in vnam tantum excommunicationem incidere, dicendum est.

Etiamque adiudicatur, quod si quis sine morali interruptione multa verba blasphemie in Deum proficeret, vnum solum blasphemie delictum committeret. Ex part. 3. tractat. 4. Refolut. 162. alias 163.

§. 1. Respondeo affirmativè, quia in tali casu vnum tantum peccatum committit, etenim tria periruria, vel mendacia sunt vniuersitatis continuatio, & sermo in ultimo mendacio, vel periruria perficitur; ergo vnum erit numero peccatum. Vide Azorium tom. 1. lib. 4. cap. 4. quest. 5. vbi etiam Sup. hoc inf. in Ref. 149. 6. vlt. in fine, & monis partes, & sermo in ultimo mendacio, vel periruria perficitur; ergo vnum erit numero peccatum. Sup. hoc in Ref. 150.

Vide Azorium tom. 1. lib. 4. cap. 4. quest. 5. vbi etiam Sup. hoc notat, quod si aliquis aliquem uno iræ impetu ter, rato in §. vlt. vel quater pugno percuteret, aut vulneret, vnum tantum numero peccatum committere, & si \* Clericus Ref. sit, in vnam tantum excommunicationem incidere dicendum est, & ita docet Suarez de conf. disput. 4. \* Sup. hoc sect. 3. num. 8. Sayrus lib. 1. cap. 10. num. 9. Vgolinus pro Clerico tab. 1. cap. 16. & alii, supra in fine Ref. 21.

2. Notandum est etiam hic obliter, quod si quis sine morali interruptione multa verba blasphemie in Deum proficeret, vnum solum delictum blasphemie committere. Nec necesse est, vt in confessione numerum blasphemiarum explanet sed fatis est dicere: 25. § 1. in fine, & superius in Ref. Contra Deum blasphemiam intuli. Vide Molinam in tr. 4. tract. 3. disput. 4. 1. num. 5. Coutraviam lib. 2. lego doctrinaria, resolut. cap. 10. numero 8. §. ego sanè, & hoc nō s. penale, verum est, etiam verba blasphemie, res varias & vlt. Ref. 53. & in to. 5. tr. 8 Ref. 11. §. Nō affectio significarent,

### RESOL. XXX.

An quando quis profert vno actu coniuncta in Deum, afferendo sapientis Dio ingiusto, Dio ingiusto, &c. teneatur hoc in confessione aperire?

Et adiudicatur, quod in confessione non sunt exprimenda, que verba contumeliosa fuerint in Deum. vel Santos prolati, ex eo quod omnes contumelia sunt eiusdem speciei. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 51.

§. 1. Respondeo negativè, quia tunc quot sunt cōvita in Deum, vel Santos tot sunt peccata, quando sunt diversa formaliter: vt si quis diceret Deus iniustum, & Deus non esse omnipotentem; sic enim variantur formaliter coniuncta: vel quando, interruptis actibus, dicta coniuncta proferuntur: fecūs

Hh 2 autem